

C. D.

# VATES ET BARDI

CUM DOCTRINÆ PRINCIPIIS  
DISSERTATIUNCULA ERUENDI,  
IN CONTUBERNIO

## MUSARUM LUBENENSIIUM

NUMINE DIVINO ANNUENTE  
DIE XXV SEPTEMBRIS a<sup>o</sup> 1800 XX. H. L. C.

NON LECTU MINUS,  
QUAM AUDITU  
EXAMINI PUBL. SUBJICIENTUR.

QUARE AD

## ACTIONEM EAM SOLENNEM DECLAMATORIAM

PRÆSENTIA PARTIM MAGNIFICA, PARTIM  
HONORIFICA CONDECORANDAM  
ET COHONESTANDAM

ILLUSTRISSIMUM, EXCELLENTISSIMOS  
PARITER AC MAGNIFICOS, QUI IN REGIONE HAC  
LUSATORUM NOSTRA REIP. GERENDÆ DICTATORUM  
MUNERE PRÆSUNT,

SUMMATES VIROS AC DOMINOS,  
PRÆPRIMIS SUPERINTEND. GENERALEM MAXIME  
REVEREND. AMPLISSIMUMQUE CIVITATIS SENATUM,  
NEC NON,

QUI LITTERAS IN DELICIIIS PONUNT,

AUT NOMEN ILLIS DEDERUNT,  
OMNES AC SINGULOS

SUBMISSA DECENTIQUE REVERENTIÆ  
CERIMONIA CONVOCAT

M. JO. ADAM. TSCHORN,  
RECT.





Ngenii nervos hactenus periclitari, quid in percutiendis ac  
 perlustrandis Persarum, Indorum, & Gallorum rei litterariae  
 praefici cultoribus humeri valerent, non minus iucundum  
 fore arbitramur, praeter Druides, Vates etiam peraque in  
 Gallia claros, magna itidem apud omnes existimationis, &  
 alio quidem nomine, Eubages ab Ammiano Marcellino voca-  
 tos, sub examen quanquam brevissimis revocare. At enim  
 vero utrum vocabuli hujus Ebraeorum <sup>(a)</sup> an Gracorum  
<sup>(b)</sup> *Qobarns*, an Latinorum *Facio*, an Germanorum *Waters* origo  
 sit, illud addubitandum, hoc ipsi tamen ad rei veritatem  
 proxime accedere videtur, ideo, quod Vates Patriam in flar populum amore & honore per-  
 fecuti sunt, ut inde Romanorum gens Vates finxisse habeatur, quos ea de causa maximam  
 etiam reverentiam obtinuisse, ex Diodoro Cluverius (a) testatur. Juxta etiam id monen-  
 dum esse putamus, vocabulum hoc propterea, quod apud Marcellinum tantummodo Eubages  
 leguntur, literatorum nonnullis suspectum videri. Quanquam Joach. Ernestus,  
 Hares Norvegia, Dux Slesvigia, Holsatia & reliqua, vel potius Lanfius in Oratione pro  
 Gallia, Vatum loco itidem Eubagum nomen retinuisse, ac usu probasse videtur, siquidem  
 cum Strabone ad antiquorum studiis in Galliis clarissimorum tribum triplicem Druides,  
 Eubages, Bardos censet esse referendos. (b) Quicquid hujus sit, eorum saltem mentio-  
 nem fecisse, jam sufficiat, quorum sigillatim Curtius (c) praereliquis auctor nobis est, eos-  
 dem nimirum circa res cum primis naturales Aegyptiorum more fuisse occupatos, quarum  
 secreta solcite indagare pariter atque aperire conati, praeterea quoque in futuris prae-  
 dicendis omnem operam navasse laudantur, quosque jure meritoque artis Medicae, Haruspici-  
 nae, auspicio- rum atque sortilegiorum peritissimos; ex Strabone, Marcellino, Diodoro &  
 aliis hujus fursuris auctoribus Cluverius eodem loco demonstrat. Quid veter ergo, ut eor-  
 um in locum BARDOS substituendo, non minus atque perspicere, satis fore ducamus?  
 Et quemadmodum a Bardo V. Gallorum Rege ita dictos atque primos omnium Orationes  
 ligasse, Mervefius (d) docet; ita etiam Vates (e) cum Poetae furore sacro inspirati carmina  
 canentes, uti Plato, (f) Seneca, (g) Victorinus, (h) Lucanus, (i) alique plures sentiunt, ut  
 & Bardi in Gallia non minus, quam in Germania antiqua nominis celeberrimi fuisse dicun-  
 tur. Res inde jubare vel meridiano clarior adparet, rei litterariae peritos in Gallia triplicis  
 generis repertos fuisse, quos Strabo (k) in conio, brevi quidem, affraud incongruo distin-  
 guere conatur: Apud Gallos eximio in honore sunt Bardi, (l) Vates, (m) Druida: (n)  
 Equidem Vates sacrificiorum ac naturalium causarum deditos, una cum Druidibus, praer  
 res physicas moribus quoque addiscendis multum opera studii- que navantibus, missos  
 jam nos facimus, adeo, ut animus sit, Bardos saltem, quantum vires suffecerint, in praesens  
 delineare atque describere. Abs temporibus ne Hermionis, Germanorum Regis, an vero  
 a Bardo, quem Poesios ac Mufices inventorem plerumque salutant, quique circa mor-  
 tum Abrahae tempus vixisse putatur, ortum suum traxerint, omnino a Parthais, Dalmatiae  
 genere,

- (a) In Germania antiqua L. I. C. II. p. m. 199.  
 (b) Vid. F. A. D. W. Consultatio de principatu inter provincias Europae, opera Thomae Lanfii 1613. conscripta & Tubingae 1655. ed. nov. p. m. 177. it. Bignon du R. de Fr. J. II.  
 (c) L. IV. C. X. §. 4. p. m. 151.  
 (d) En Histoire & Regles de la Poésie Francoise, Amstelod. ap. Steph. Roger. 1717. editi.  
 (e) Confer. Plin. L. XXXVII. sub fin. Val. Max. L. IIX. C. XII. p. m. 466.  
 (f) In Phaedro.  
 (g) De Tranquillitate animi repetit.  
 (h) De Metrorum Orig.  
 (i) L. IX.  
 (k) L. IV.  
 (l) Lieder-Dichter und Sang-Meister.  
 (m) Die geistlichen Propheten und Natur-Kündiger.  
 (n) Lehr-Sitten-oder Zucht-Meister. Quos vide, sis, in duplici Programm. 1717. & 1719. in publi-  
 cum a nobis emisso, enodatos.

genre, eaque a Gallis diversissima (o) discernendi, in suspensio relinquitur. Certum tamen est, quod, ut Festus confirmat, (p) a Bardorum populo exorti sint, & apud subos Bardi auctoritate plurimum potuerint, gentis vocabulum, ab antiquo BAR haud dubio ducentes, quod tantum, ipsiusve tonum significare, tam Morhofius, (q) quam Wagenfilius (r) luculenter demonstrare, aucti sunt. (s). Etenim in aprico res est, quod eorum opera praelia quoque saepius dirimerentur, atque hostes carminibus ac instrumentis Musicis reconciliarentur. Scias interea, Bardos fuisse adpellatos, qui & in scribendis Versibus, & in modis faciendis, ordine videlicet ac lege quadam vocalium intervallo, differentiaque, ut Censorinus opinatur, multum operæ consumebant. Quandoquidem aliorum facta laudis illustria non minus, quam ceterorum vituperia & mala patrata, equidem notissima, adhibito toni Musici instrumento lyrae non dissimili, metris partim deprædicare, partim designare consueverunt, ceu Diodorus Siculus (t) & Marcellinus (u) in suis adnotare. Proinde Tacitus, cum obitum Germaniæ herois dubioque procul liberatoris Arminii summi requisseret, mox addere non hæsit: Cui adhuc illum apud barbaras gentes. (v) Utpote quod Lucanus argumento quoque suo adstruere videtur: Plurima securi fuditus carmina Bardi. (x) Speciatim vero de Bardorum Carminibus observatum dignum est, ut generosorum præclare facta maximeque illustria encomiis non cecinerint solum, verum etiam eorum vitia atque flagitia metris designaverint, qui a virtute defecerant, Homerum & Virgilium imitati, quos inter Joannes Bocerus nemini secundus fuit, qui more Bardorum Ortum Daniæ Regum, resque tum horum, tum Ducum Megapolensium Anno MDLVI. *varnclaus*, metro Nafonis, Elegiis videlicet, Libro triplici denotavit. Nihil fingitur, quin potius etiam pro rei veritate (y) Nicolaus Marscalcus Thurius in Chronico Megapolitano Rhythmico Mscto, (z) nec non Ernestus de Kirchberg in Palæo Megapolitana Chronica, metris chartæ Pergamena MCCCLXXXIII. impressa & consignata, (aa) loquantur. Immo vero nec Siegeri testimonium de Carolo M. laude quam maxime dignum silentio erit prætereundum: Carolus non solum patria lingua, sed etiam peregrinis linguis eruditus, barbara & antiquissima carmina, quibus veterum Regum bella & actus canebantur, scripsit & memorie mandavit, (bb) Accedit & hoc, ut Bardi carmina sua sono aspero adque dulces Musicæ modos parum, aut nihil accommodato pronunciarerint, eo consilio, quo animos militantium ad fortitudinem (malim desperationem cum audacia & temeritate conjunctam ponere) excitarent, vel, ut Tacitus loqui amat, accenderent, futuræque pugnae fortunam ipso cantu augurarentur. (cc) Aliquot abhinc seculis floruisse quoque passim leguntur, qui vires quotidie in arte suas periclitati, alios ad certamina provocarunt, tanto Musicæ ardore flagrantibus, ut quidam gloriæ cupiditate incensi eo pervenerint, ut Magicis hæc in re, artibus uterentur. Factum hinc est, ut ex Bardis nonnulli eos ipsos Cantores nominis celebritate eminentes **Meister Sânger**, eorumque Poemata **Meister-Gesänge**, quorum & plurima

(o) Quemadmodum Hoffmannus in Lexico universali pluribus refert.  
 (p) L. II. p. 117.  
 (q) De Lingua & Poesi German. C. VI. p. 272.  
 (r) Lib. de Meister-Sângern scripto c. IV. p. m. 499.  
 (s) Arbitrantur præterea, ipsum hoc Germanorum BAR altioris indaginis & in causa esse, cur Græcorum *Bardæ* ortum habeat, tractuque temporis in sensum plane diversum atque contrarium abierit, ita, ut quemadmodum sententia Strabonis ex L. XIV. videre est, advenæ & peregrini Athenis Græce loqui conantes, inque vocem absonam prorumpentes, in usum venerint, ut inepte loquentes Barbari dicerentur. vid. Petri Mosellani Adnotationes in Auli Gellii Noctes Atticæ p. m. 33. De priori lege B. Jac. Fridr. Reimanni L. II. Histor. Litterariæ speciatim German. p. m. 60. sqq. ubi rem eam fusius explanat.  
 (t) L. V. & Strabo L. IV. Geogr.  
 (u) L. XV.  
 (v) Annal. L. II. C. ult. sub fin. p. m. 110. sq.  
 (x) L. I.  
 (y) Vid. Joh. Hübneri Bibliothecam Hamburgens. Historicam Cent. II. Art. 77. p. m. 280.  
 (z) Ibid. Cent. II. Artic. 75. p. m. 273.  
 (aa) Ibid. Cent. III. Art. 52. p. m. 209.  
 (bb) Sieger. natione Gallus in Chron. ad A. C. 794. it. Lanfius in Orat. pro Germ. p. m. 34.  
 (cc) De Morib. Germm. C. I. p. m. 693.

plurima temporis tractu perierunt, & aliqua intellectu difficillima supersunt, adpellave-  
rint. (dd) In quibus certo quodam Libro adumbrandis Parentis, celeberrimi Theo-  
logi & Historici gloriam natu in sex filii Spangenbergii minimus Wolfart. Spang-  
enbergius aliquo modo condecoravit pariter atque propagavit. (ee) Æquitas ratio re-  
quirere videtur, ut temporis & chartæ spatio inferviamus, ne in accumulandis Bardor-  
rum argumentis præter spem prolixiores simus, quanquam adhuc reliqua sint, quæ ad  
rem magis illustrandam facere possent. Proinde rectius fore, arbitrari, cætera reconde-  
re, & cum folio excluduntur, proxima futuræ occasione reservare, quæ, ut non minus  
optanda, quam speranda, nutu divino perapra nobis veniet. Interim obnixè precamur,  
ut Bonorum quisque præsentibus veneres non spirantibus, sermonibus itidem expectan-  
dis qualibuscunque & proclamandis lectu & auditu benevolo æqui bonique consulat,  
atque vicissim a nobis officia promississima sibi polliceatur & promittat, loco quovis ac  
tempore speranda. Rem ipsam argumentis idoneis magis orentus atque ex prompta me-  
moria quidam ordinis selecti illustrabunt, de quibus patria bene sperare potest, Alumni.  
Vires autem suas ingenii explorabunt:

THOM. ABRAH. DIETERICUS, Francofurt. Mufices inventores perveftiga-  
bit. Orat. Lat.

CAROL. PHILIPP. BECKERUS, Berolinensis. Muficam in brutis etiam opera-  
ri, sentiet eruditorum vernacula.

GOTTLIEB CAROL. SCHUBARTHUS, Dresdensis. Muficæ artis propor-  
tionem ordinis divini rationem esse ac orationem probat. Lingua patria.

CHRISTIAN GOTTLIEB WÜLKNIUS, Jüterbockiensis. Vocem Numi-  
ni Divino gratissimam, suspiria & preces vere poenitentis esse statuet. Elegiis  
Lat.

CHRISTIAN SIGISMUND. SCHWIZKIUS, Lubenas. Directorum Mufices  
(Capell-Meifter) originem perlustrabit. Serm. Gr.

JO. DAN. LAUTERBACHIIUS, Lubenensis. Univerfam rerum machinam com-  
positione harmoniali teneri. Erudit. idiom. demonstrabit.

JO. TINOVIIUS, Prifa-Lufatus. Naturæ humanæ *συμπάθεια* cum harmonia Mufica  
artiffime necti. Strophis ostendet.

CHRISTIAN ANDREAS FLECCIUS, Herzbergensis. Virtutem cuiusvis ar-  
tis summum esse bonum. Carm. Lat. confirmabit.

JO. WUSCHISCHIIUS, Luben. De Poetarum Existimatione verba vernac. ta-  
ciet.

CHRISTIAN GOTTLIEB SCHÜZIIUS, Bernaviensis. Dignitatem Magistro-  
rum & insignia, eorumque ortum progressumque argumentis haud vulgaribus  
perferutando proferet Orat. Latina. Vale simul Musis postis (cum gratiarum  
actione pro beneficiis largiter acceptis maxima) dicturus ulamur, quibus ultra  
*quinquennium*, more haud Pythagoreorum silentio operatus, eas in Linguis atque  
litteris politioribus radices egit, ut, quemadmodum ex animo optamus, pariter at-  
que speramus, ingenii dotibus egregiis tandem aliquando bono publico usui ma-  
ximo ac emolumento, Parenti Plur. Rev. torique familiae splendidissimæ, honora-  
riff. solatio esse possit. Quem in finem quoque Scholam cum Academia commuta-  
turus, Lipfiam hinc brevi migrabit.

P. P. Lubbenæ, apud Lufatos infermates. Die X. ante Kalendas Septembris. ∞ DCCXX.

(dd) Quos prolixius descriptos leg. ap. B. Morhofium de Lingua & Poesi Germanor. C. VI. p. 272. ubi do-  
cte & eleganter hoc de argum. disserit. It ap. Jo. Hübner. Tom. V. Histor. Polit. p. 89. ut &  
Biblioth. Hamb. Histor. Cent. II. Art. 75. p. 274. sq. nec non in B. Jac. Fridr. Reimanni Histor. Lit-  
terar. Tom. I. L. II. p. m. 27. sqq.

(ee) Conf. Sturr Wörter-Saal zu Leipzig Tom. II. Part. XIX. p. 313. fufius.

LIPSIÆ, LITERIS IMMANUELIS TITII.

C. D.  
**VATES ET BARDI**

CUM DOCTRINÆ PRINCIPIIS  
DISSERTATIUNCULA ERUENDI,  
IN CONTUBERNIO

**MUSARUM LUBENENSIIUM**

NUMINE DIVINO ANNUENTE  
DIE XXV SEPTEMBRIS a<sup>o</sup> 1800 XX. H. L. C.

NON LECTU MINUS,  
QUAM AUDITU  
NI PUBL. SUBJICIENTUR.  
QUARE AD

**M EAM SOLENNEM  
CLAMATORIAM**

PARTIM MAGNIFICA, PARTIM  
RIFICA CONDECORANDAM  
ET COHONESTANDAM

**MUM, EXCELLENTISSIMOS  
GNIFICOS, QUI IN REGIONE HAC  
OSTRA REIP. GERENDÆ DICTATORUM  
MUNERE PRÆSUNT,**

**S VIROS AC DOMINOS,  
ERINTEND. GENERALEM MAXIME  
PLISSIMUMQUE CIVITATIS SENATUM,  
NEC NON,**

**ERAS IN DELICIIIS PONUNT,**

**NOMEN ILLIS DEDERUNT,**

**OMNES AC SINGULOS**

**SA DECENTIQUE REVERENTIÆ**

**CERIMONIA CONVOCAT**

**ADAM. TSCHORN,**

**RECT.**

